Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Incentivum Charitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

per merita Patris noſtri poſtulamus, qui ei ſe... non eſt ſolutus, nec vnquam ei ſatisfieri poteſt.

2. Hoc motiuum frequenter in efficacibus ... moralibus exponere & allegare ſolebat Indiarum ... ſtolus Franciſcus Xauerius, quando *Deum* ... requirebat: & tanquam bonus negotiator, qui ... cœli commercia tractare nouit, meritò ... Solebat is orare in hunc modum & formam: ... *Chriſte, Deus cordis mei: per quinque illa vulnera ... bi in Cruce noſtri Amor inflixit, tuis famulis ... pretioſo Sanguine redemiſti.* O Jeſu Amor cordis ... cordare pia tua Vulnera ab Amore aperta ... ſtris neceſſitatibus ſuccurſum impetrarent & ... non igitur eos, quos tàm caro redemiſti pretio ... tionem & interitum nunc abire permitte.

3. Vulnera non modò ſupplicant, impetrant ... miſericordia; verùm etiam attollunt voces, & ... ex iuſtitia: quia id, quod eſt gratia compa... ſtri, reſpectu Sanguinis Chriſti iuſtitia e... tum. O Pater æterne, cuius miſericordia ... eſt in ſuccurrendo noſtris miſeriis; tardanè ... iuſtitia tua in compenſandis meritis? Sed ecce ... nem exercendi vtramque, & remittendi pecca... merita vulnerum mei dulciſſimi Jeſu.

Consideratio XL.

VULNERA JESU

Incentiuum Charitatis.

1. EX ſolo ſanctisſimorum Chriſti vulnerum ... perſentit ſe anima accendi ſubitò & inſla...
S. Aug. Charitate & Amore Dei. *Patent viſcera per vulnera ...*
S. Bern. *tet arcanum cordis per foramina corporis.* Quomodo ... durabitur cor illud, quod videt cor Chriſti ...
Pſal. 21. liquefieri in illa fornace Charitatis? Quomodo ... cludentur viſcera, quæ illa Dei ſui ſibi prod...

conſpiciunt? Tantò maior erit ardor, quantò attentiùs contemplata fuerit; iuxta Apoſtoli conſilium, penetrando, quanta ſit longitudo, latitudo, profunditas & ſublimitas vulnerum. *In Charitate radicati & fundati.* Epheſ. 3.
Ecce medium, *vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas & profundum.* Illæ namque ſacræ manus vulneratæ per totam æternitatem cunctis occludunt profundum Inferni carcerem, & portas ſublimis ac fœliciſſimæ Hieruſalem aperiunt.

2. *Ignem veni mittere in terram.* Venit Dominus ad Luc. 12.
accendẽdum & inflammandũ Mundum igne Diuini Amoris: & hic ignis prodiit ex quinque fornacibus accenſus, quæ ſunt Diuina vulnera. Qui vultis ab hoc igne accendi; *accendite* ad Diuina vulnera, & *inflammamini.*

3. Viro eximiæ ſanctitatis, inter precandum, medium efficaciſſimum pro excitando in ſe amore Diuino flagi- S. Herman.
tanti reſpondit Chriſtus, vt ſe in meditatione Humanitatis ſuæ vulneratæ, ac in Paſſione ſauciatæ exerceret: ſiquidem in illa mirum in modum reſplendet Charitas Dei, ſicut Sol in ſuo ſplendore, ſicut roſa in ſuo odore, & ſicut ignis in ſuo ardore: *Exerce te in Humanitate paſſionata & vulneratâ: nam in ea maximè lucet mea Charitas, non aliter, quàm Sol in ſuo ſplendore, roſa rutilans in ſuo ordore, ignis vehemens in ſuo flagranti æſtu & ordore.*

Consideratio XLI.

VULNERA DEI.

Lux occulta & manifeſta.

1. IN *manibus abſcondit lucem, & præcipit ei, vt iterum aduentiat.* Claudit & aperit nobile lumen vulnerum Iob. 36.
in manibus ſuis Chriſtus. Infœlix & miſer eſt ille, quem lux tam nobilis ſubterfugit: beatus, cui affulget ille obſeratus; huic reſeratur paradiſus: illi eripitur, huic communicatur Deus: ille tenebrarum, hic veræ lucis euadit filius.